Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Rnderunt ergo iudei: et dixerunt ei: Nonne bene dicimus
quia samaritanus es tu: et demonium hes. Respondit ihs:
Ego demonium non hes: sed honorifico patrem meum:
et vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam
meam: est qui queritet et iudicet. Amen amen dico vobis:
si quis sermonem meum seruauerit: mortem non videbit
in eternum. Dixerunt ergo iudei: Nunc cognouimus:
quia demonium hes. Abraham mortuus est et prophete:
et tu dicis si quis sermonem meum seruauerit: mortem non
gustabit in eternum: Numquid tu maior es patre nostro
abraham qui mortuus est: et prophete mortui sunt:
Quem te ipsum facis: Respondit ihs: Si ego glorifico
me ipsum gloria mea nichil est: Est pater meus qui
glorificat me quem vos dicitis quia deus vester est: et non
cognouistis eum: ego autem noui eum: Et si dixero quia
non noui eum: ero similis vobis mendax: sed noui eum
et sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit:
ut videret diem meum: vidit et gauisus est. Dixerunt
ergo iudei ad eum: Quinquaginta annos non dum
habes: et abraham vidisti: Dixit eis ihs: Amen amen
dico vobis: ante quam abraham fieret ego sum. Tule-
runt ergo lapides ut iacerent in eum: Ihs autem abscon-
ditus est et exiuit de templo. Sia y. lo. ionae prophete

1 fia y lco ionc

In diebus illis: Factum est verbum domini ad ionam
prophetam secundo dicens: Surge et vade in ninuen ci-
uitatem magnam et predica in ea predicationem quam
ego loquor ad te. Et surgens ionas: abiit in ninu-
ven iuxta verbum domini. Et ninive erat ciuitas
magna: itinere dierum trium. Cepit iona intrare